Matern N 437

XII. c. 18

Z. 3. 19.
Łopacki D. 26.



Trinum Magicum
sive
secretorum
Magicorum opus
&c.
Edemia Cesare Longius
Philos.
Francofurti
sumptib. Conradi Eifridi
M.DC.XXX.

Chronica czeska in 3.°
autore
Wenceslao Hagek
dedicata Cita Latina
Ferdinando 1.° Imperatori
Imprema Lingua Boheu.
A.° M. D. XLI.

✝ Lux obnubilata suapte
natura refulgens.
Vera de Lap. Philos. Theoria
Pars Prima
Venetijs A.° M. DC. LXVI.
Apud Alexandru Zana

Traité
du
Jardinage
selon les raisons
de la nature et de l'art
Par Jacques Boyceau Escu
yer Sieur de la Barauderic
A Paris
chez Michel Van Lochom
ruë sainct Jacques
a la rose blanche
M.DCXXXVIII.
Auec Priuilege du Roy.

Tractatus aliquot
CHEMICI singulares &c.
Geismaidi
Typis Salamonis Schadewitz
Sumptibus Sebaldi Köhlers
MDCXLVII.

✝ Tutte l'opere Drammatiche
del sig.r Francesco Sbarra
In un Volume
stampate in Venetia

Le Comte de Gabalis
ou Entretiens sur les
sciences secretes.
A Amsterdam
chez Jaques Le Jeune
M.DC.LXXI
sur la Copie imprimée à Paris.

Censura del sopradetto
Libro. Dil.mo Sig.r Nogyr.
L'Autore del Conte di Gabalis
uol persuadere, & in qualche parte
prouare che Dio in tutti gli Ele:
menti ha creato de popoli simili a
noi, con gran differenze, che son
più belli e più saggi di noi, e che
uiuono più lungo tempo, ma che so:
no mortali, e che col lor corpo muore
ogni cosa. In somma ha gran tau:
tore uoluto far vedere in un Corpo
quanto di tant'Heri hanno
parlato poco, e alla sfuggita.

Considerations Politiques
sur les Coups d'Estat
Par Gabriel Naudé Parisien
A Amsterdam
sur la Copie de Rome 1667.

Manuale Hermeticum
sive
Introitus quadrifoyis &c
ubi
de Liquore Alcahest scrutinium
est adnexum
a
W. S. D. C. P. C.
Wolfferbitti
Typis Johannis et Henrici Stessnerorum
A.° MDCLV.

De recta curandorum Vulnerum ratione
Francisco Arceo Frazinalensi Auctore
Eiusdem
De Febrium curandarum ratione In 12.°
Amstelodami
ex officina Petri Vander Berge A.° 1658.

Albertus magnus de secretis mulierum
item
De Virtutibus Herbarum Lapidum et
Animalium.
Amstelodami
Apud Ioannem Janssonium A.° 1662.

✝ Sommario delle Scienze del Magnifico M.° Domenico Dolfino Nob. Venet.no
Stampato in Venetia
Appresso i Giolti A.° 1584.

Apologia per gli huomini grandi
stati incolpati di Magia
Autore Gabriel Naudé Parigino.
A Amsterdam

Hieronymi Cardani Medio Lanensis
Proxeneta.
sive
De Prudentia Civili. A.° 1668.
Helmestadii.

Censura del Lic.° Libro del S. Bullifido
Io ho visto per ordine il Libro di Naudè; Ho
conosciuto l'Autore di un Genio; Ho sentito
parlare, ma il suo Giudicio & la sua ragione
manchi tra [illegible] di sovrano

Olai Borrichij. De ortu et progressu chemia Dissertatio.
Ing. libro si lisciano pe L'Autore del nuovo Lume chimico e Alessandro sethon suzzeze; non il sedinegio

Il Distichò stato eletto perciò più bello da mettersi sopra il nuovo Palazzo del Louure a Parigi, è
Par l'orbi domus est, Orbis orbi, nectra triumphis,
et bellis et Pacis per Lidoice tuis.

Traité Politique sur les Mouvemens presens de l'Angleterre
A Ville franche
chez Henry Thomas 1671

Il Pelagio de gli Incanti del Vicentino.
Cicogna Nobile Veneto.

Il Mondo magico de gli eroi di Carlo della Riuiera
to
stamp. in Milano.
cuue il Mercurio Volante, con una Lire de 18. marzo 1673.

L'Arte Militar dell'Inci da
dessus principij
del Baronia de Anefy.
stamp. in Milano in
Lingua spagnuola.

L'Harmonie Celeste
Le sieur Fajol de Marseille
en est L'Autheur - L'on le
vend à Paris à L'Images Jean
sur le Quay des Augustins -
Censure.
Il decouure Les Erreurs de Mons.
des Cartes, et detruit les principes
de la medicine ordinaire, auec une
prediction glorieuse pour Le Roy Nre
monarque.
Mr Boulliaud
à Mr Des Noyers dans sa lettre de L'
8. Januier 1672.

Nota
Que L'on à trouuè L'Inuention de
se faire entendre une Lieue Loing.
L'Inuenteur à fait imprimer en
Anglois La description de La Trompette, et de ses parties auec son Vsage.
L'on à trouuè un autre Inuention
a sçauoir d'une nouelle disposition des
Verres dans les Lunettes d'approche
telle, que Vne L'un pied augmente L'
object autant qu'Vne de 16. des
ordinaires. Le Roy de la Bretagne en à une, & L'Inuenteur qui
s'appelle Neptun en fabriquera, et
dans quelque temps L'on en aura.
Auec une de 100. pieds de cette
maniere L'on pourra Voir s'il y à
des habitans dans La Lune.
Mons. Boulliaud à Mr des Noyers
dans sa Lettre du 14. Januier 1672

Nota
I Libri che son segnati con questo segno ‡ sono stati commessi al Dottor Giacobbo Matteri Lauri di Bologna con Lettera de gli 11. Magg.

‡ Tutte L'opere di Zefiriele Tomasso Bonici.

Biblia sacra cum Expositione Vatabli. Impressa in Hispania.

Theomagia
seu
Templum sapientiæ
Diuinum in tres partes, spiralem,
Cælestem, et Elementalem, continens
secretas generationis Angelicæ &c.
Per Joannem Heydon Anglum. &c.
Londini impressa

De Harmonia Mundi
Tractatus
Eiusdem Authoris

Tractatus Tres, Fratrum
Rosea Crucis; hoc est
De Beata Pulchra
Eugenius Theodidactus
Hyle.

Censura de sui Tractati.
Per Eugenium Theodidactum intelligunt omnes Virtutes, proprietates et potestates quas Libet humiditatis; Per Hylas spiritum frigidæ et siccæ terræ; per Beatam Pulchram sublimem Flammam quæ conservat et regit Vniversum. - -

Iamblicus de Mysteriis Ægiptorum
Lugduni impressus.

Eminentissimi Dominici Tuschi
S. R. E. Cardinalis &c. Conclusiones Practicæ Iuris Tomis Tribus comprehensæ
Lugduni.

Historia delle Guerre Civili di Polonia Divisa in Cinque Libri.
D. Don Alberto Vimina Bellunese
In Venetia M DC LXXIII
Appo Gio Pietro Pinelli In 4to

MMSS. compriti d'Sup. B. M. dell'An:
Vedi sotto Genere d'Rarbosti b. m.
1. Chyurgia Chymica dell'Agricola tradotta dal tedesco in latino.
2. Tesoro nuovo di Basilio Valentino tradotto a mano
3. Un libro di diversi secreti Chymici
4. Nota Hartmanni de Collum M.

Cabalistica Precationes ex vero Biblium fonte decerptae studio et opera
Iulij Sperberi C.
Lipsiae impressae.

Introductorium ad Coelestem Astrologiam authore
Iulio Sperbero C.
Lipsiae impressum.
NB. Questi due libri ho con mio Lib. de 14 Spirile pregiato il S. Christoforo Segnini Se mi li compri alla fiera di Lipsig.

Actorum Laboratorij Chymici monacensis seu
Physicae subterraneae libri duo
Authore
Io: Joachimo Becherio spirensi
Francofurti
Impensis Johannis Davidis Zunneri A° MDCLXIX

Experimentum Chymicum novum
eiusdem Authoris
Ibidem.
Impensis Io: Davidis Zunneri
Typis Heinrici Friesij
A° MDCLXXI.

Ortus Medicinae &c.
Authore
Joanne Baptista Helmont
Amstelodami.

Le Journal des Sçavans
Jadis
Et ensuite des Erudition
Anni M. DC LXV.
Accurante
Dn. de Salo.
Curia Parisiensis Consiliario ab Aedibus Villis Dicto.
Anni M. DC LXVI.
Anni M. DC. LXVII
Anni M. DC. LXVIII.
Accurante
Joanne Gallois Presbytero
Gallice primum Editae
Iam vero in Lingua Latina versae
opera et ex Studio
Friderici Ritzvelii Jc
J. V. Licen. Professoris Giessen
Tom. I. II. III. et IV.
e Libris secunda multis milibus plurium centum
Lipsiae et Francofurti
sumptibus Haered. Lebüननिcum et Joh. Friesii
Anno M DC LXXII.

Icon
Philosophica
occulta
sive
Vera methodus componendi magnum antiquorum
Philosophorum Lapidem
Auctore Magro Claudio Germain Parisino Doctore
Medico Vesuntinensis Provinciae
Parisis
Apud Edmundum Couterot, sub Sperbere ad insignia Boni Pastoris
M DC LXXII.

XII. i. 18.

JOHANNIS HECKERI
MOTUUM CÆLESTIUM
EPHEMERIDES

Ab Anno Æ. V. M DC LXVI ad M DC LXXX.

Ex obſervationibus correctis Nobiliſsim.
TYCHONIS BRAHEI, & JOH. KEPLERI
Hypotheſibus phyſicis, Tabuliſque
Rudolphinis.

Ad Meridianum Uraniburgicum in freto Cimbrico.

Cum Introductione in eas.

GEDANI
ANNO ÆRÆ CHRISTIANÆ M DC LXII.
AUTORIS SUMTIBUS,
Excudebat SIMON REINIGER.

A. 34.
2. 3. 19.

Sustine & Abstine

56074

II Mag. St. Dr.

G.

REGIÆ CIVITATI

GEDANO,

PACIS ARTIBUS, LITERARUMQUE STUDIIS, FLORENTISSIMO,

HAS,

MOTUUM CÆLESTIUM TABULAS,

Cum

Omnium Prosperitatum & Incrementorum Voto

Debito affectu & cultu

O. D. C.

JOHANNES HECKER,

LECTORI BENEVOLO.

INcomprehenſibilem, Numinis Supremi ſapientiam potentiamq; quantum quidem in hac caligine licet, vel præcipuè ex cœleſtis fornicis (ſi â literis diſcesſerimus divinis) contemplatione aut didicisſe aut diſcere potuiſſe Adamitas, tam eſt certum, quam quod certisſimum. Patet id ex ipſismet ſacris, omni exceptione majoribus commentariis, ſic enim (ut innumera, quæ in hunc ſenſum, miſſa faciam) Rex & Propheta: Enarrant Cœli gloriam DEI & opus manuum ejus indicat expanſum eorum. Patet quoque ex ſolo Naturæ lumine: quod vel ex unius Romulidarum diſertisſimi Ciceronis ore,

colli-

colligere eſt in propatulo; ſic ille in libr. de Natur. Deorum: Quid poteſt eſſe tam apertum tamque perſpicuum cum cœlum ſuſpeximus, cœleſtiaque contemplati ſumus, quam eſſe aliquod Numen præſtantisſimæ mentis, quo hæc regantur. Abſit tamen, abſit inquam, ut omnes Adami nepotes ex Aſtris ſummi Numinis ſummam ſapientiam deprehendere credam: abſit! Scilicet non ſum neſcius, cœlum eſſe imperitis, quod ſuperioribus ſeculis Inſulæ â Columbo & aliis Viris laude dignisſimis feliciter repertæ: erant equidem vel â condito mundo, patebant, ſed ignotæ. Pari ratione ſua revolutione Sol deſcribit dies, ad noſtrum Zenith, aſcendens Ver, deſcendens autumnum, imus Hiemem, ſummus dat facitque æſtatem; Luna menſes definit; Cœteri planetæ, per ſuos orbes ac orbitas inæquali æqualitate decurrentes, ſuas abſolvunt periodos; Sol

ex

ex Lunæ, Luna autem ex terræ interpositione patitur Eclipsin. Quid vero indocta plebs? in ipso caligat Sole! apertis quidem cœlum intuetur oculis, neque tamen vel stellarum motum, vel exinde perfectissimi opificis sapientiam atque potentiam colligit ac deprehendit. Verum enim verò tanta cum sit hujus scientiæ præstantia, ut eam omnibus seculis divinam nuncuparint Viri literarum gnari, cur quæso in ipsismet Philosophorum scholis (sic mihi quisquam objicere posset) tam paucissimi reperiuntur, qui eidem saluberrimæ scientiæ operam navant, atque ad eam penitus cognoscendam animum adjiciunt? Breviter reponam: Scilicet quod poeta olim de pietate, verissimè hoc tempore de Astronomia dici potest; Laudatur & alget. Deinde quod quidem est præcipuum, non est de pane lucrando; quid? quod sumtus exigat non mediocres.

Ego

Ego quidem (quod absque jactantia dixerim) cum me literarum ſtudio dedere conſtituiſſem, id mihi potisſimè deligendum putavi, quod majorem DEI cognitionem in me excitaret, quodque ſimul in commune rei literariæ bonum quam plurimum conferre poſſet. Nec diu luctandum mihi fuit cum animo meo, placuit ſtudium Aſtronomicum, cujus amore & deſiderio jam inde â primâ ætate animus tenebatur, nec ocurrebat quicquam quod ad inſtituti mei rationem magis facere videbatur. Cœterum cum jam ad metam arcum dirigere atque particulam ex cenſu meo literario aliquam, typis exſcribere inque publicâ luce ſiſtere decrevisſem, haud facile, fateor, mecum convenire potui, quidnam ex officina & ſupellectile mea libraria orbi literato communicare cum emolumento non nequirem, neque enim brasſicam bis coctam apponere; neque quicquam magis

ad

ad vanam oſtentationem ingenioli mei, quam ad gloriam Conditoris accommodum, pro trudere volebam. Dubitanti, demum venit in mentem quanta cum laude quantoque cum commodo Viri Clariſſimi atque Mathematicorum facilè principes nimirum Johannes Regiomontanus, Cyprianus Leovitius, Ant. Maginus, D. Origanus, Johannes Keplerus, Andreas Argolus, atque Laurentius Eichſtadius hactenus Ephemerides ſeu Tabulas Aſtronomicas propalarint. Illi ſcilicet ſtimulo mihi fuere, ut has quas jam manibus teris pagellas diligentiæ atque asſidui laboris noſtri quale quale argumentum, tibi, Amice Lector, exhiberem. Fundamentum hujus ædificii inque eo adornando obſervatam â me methodum, introductio noſtra clarè indigitabit. Jam tu exiguum hocce opuſculum publicæ conſecratum utilitati, bene ſuſcipe. JEHOVA te, omnesque

erga literas bene animatos diu valere jubeat! Iterum iterumque vale. Dabam Dantiſci è noſtro Muſæo Anno á nato Chriſto M DC LXII. vigiliâ Johannis Baptiſtæ.

CAR-

CARMINA AMICORUM

IN

Nobilissimi Clarissimiq; VIRI,

DN. JOHANNIS HECKERI,

In Judicio Gedanensi Palæopolitano
Assessoris Spectatissimi,

Ephemerides insigni Studio elaboratas.

DIcere jura soles Civi: simul attamen Astra
Inspicis, & fati conscia signa doces.
Naturam antevenis, ac cœlum, quale futurum
Post erit, ingenio construis, ecce, Tuo.
Perge; Tibi ad famam totus se pandit Olympus,
Et præferre faces incipit ipse suas.

Joachimus Pastorius
ab Hirtenberg, D.

SOlerti studio scrutaris sidera Cæli
HECKERE, Uraniæ gloria, noster Amor:
Scribis Ephemerides, & prælo subjicis, illas
Grata ut posteritas non sine laude legat.
Macte ausis tantis; speculari sidera perge,
Ipse Urbis sidus sic eris atq; Poli.

Amica manu P.
Daniel Blanckius, Dantisc.
Medic. D.

NEMO AD HÆC LIMINA ACCEDAT MATHESEOS IGNARUS,
PROFANI OMNES HINC EXESTE MORTALES,
QUIBUS EA PLUS CORDI SUNT, QUÆ INFRA NOS,
QVAM QVÆ SUPRA NOS:
COELESTIA HIC TRADUNTUR!
LECTVRI QVICVNQVE HÆC ESTIS,
OCVLIS LINGVISQVE FAVETE.
SCIENTIA, INGENIVM, INDVSTRIA, STVDIVM PVBLICI,
(SI UNQVAM COMMENDATIONE DIGNA FUERE)
OPERIS HVJVS PRÆCIPVA EXISTVNT ORNAMENTA.
AVTOREM NVNC VENERARI DISCE, QVISQVIS ES!
VOS VERO, CIVES MEI, OMNES AC SINGVLI,
BENE VT DE PATRIÆ SALVTE SPERETIS VOLO,
CVM TALES AD CLAVUM REIPVBLICÆ SEDEANT,
QVIBVS ETIAM EA DE FVTVRIS NOSSE CONTIGIT,
QVÆ EXTRA TERRARVM ORBEM ADVENTVRA SVNT,
SIMVLQVE MECVM VOTA FACITE,
PRO EJVS VIRI LONGÆVITATE,
QVI MVLTORVM ANNORVM SERIEM NVMERO COMPLEXVS,
ÆTERNITATEM MERERI VIDETVR.

HONORI MERITISS.
AMPLISS. ET CONSULTISS. DN. AFFINIS,

P. ISRAEL CONRAT. D.

Bella

VIRO

NOBILISSIMO ET AMPLISSIMO

DN. JOHANNI HECKERO,

BElla, neces, thalamos, palmas & fœdera Regum,
Audax fatidico nunciat ore labor.
Craſtina, quære, dies ſudum minitetur, an imbres:
Quàm fallet dubiis ars pudefacta notis!
Tu præſtas, HECKERE, Virum; dum, mille, tot annis,
Sidera quos cursûs ſint habitura, doces.
O dignum cœlo Genium! Tibi ſerviet æther,
Ipſaq; parebunt legibus aſtra Tuis.

Fautori & Amico honoratiſs. applaudens deproperab.

JOH. PETR. TITIUS,
Eloqv. & Poet. Prof.

INTRO-

INTRODUCTIO
IN
EPHEMERIDES

Præstantia ac utilitas Astronomiæ.

Dmiratione sane dignissimum, quo oblectamento, animus causarum investigationis cupidissimus, sese erigat ex immensitate permultarum, ne dicam innumerarum rerum, quæ in hoc splendidissimo ac pulcherrimo mundi Theatro, oculis mortalium subiiciuntur, ad cognoscendam ac intelligendam (quantum per triste mortalitatis privilegium licet) incomprehensibilem illam ac ineffabilem Conditoris supremi sapientiam. Prætereo admiranda Elementorum spectacula; quis enim nescit, qualia, cum in visceribus, tum in ipsa superficie, subministret nobilissima hæc quam pedibus Calcamus terra? quorum unumquodque infinitam ferè sibi poscit contemplationem. Maria includunt, quæ totius mortalitatis præstantissimis pariter & doctissimis negotium facescunt ingeniis. Quid de igne? quid de Aere? qui neutri dictorum Elementorum admiranda rerum varietate cedunt. Sed habent Elementa sua vitia, quæ hanc nobilitatem obfuscare videntur; At quæ à Cœlestibus corporibus desumuntur, admirationum, tot seculorum testimoniis

moniis, argumenta, ſuperiora ſane ſunt & digniora. Non conſiderabimus materiam, cujus cognitio, multorum doctisſimorum virorum vexat mentem; motus, certæ definitæque periodi, ſtati congresſus, ſatis probant & indigitant cœleſtium horum corporum in accesſibilem dignitatem.

Hinc, ſi qua poteſt ratione convinci, ut opinionum disſenſione, ab illis aliquando diſcrepare nefas haud ſit; quos omnium ferè Calculis ſummum attigiſſe ſapientiæ apicem multo jam tempore perſuaſum eſt; Improbanda ſane eſt ſapientiſſimi Socratis ſententia, qui hanc Philoſophiæ partem, quam Aſtronomiam vocamus, cum verſetur in contemplatione motuum ſtellarum, humano ſtudio prorſus indignam repùtavit, & ipſis Diis adverſari eos exiſtimavit, qui de rebus cœleſtibus, tanto intervallo à nobis diſſitis, ſollicitos ſe eſſe profiterentur.

Refutatur Aſtronom. contemptores qui eam incertitudinis accuſant.

Habet & hoc ſeculum noſtrum ejuſmodi Socrates, qui nihil certi in hac nobiliſſima diſciplina dari poſſe autumant, cum tanta ſiderum à nobis ſit diſtantia. Hinc omnia erroris, falſæque perſuaſionis vitia accuſant, & fruſtraneos omnes Uranicos labores eſſe arbitrantur omnibus disſuadentes de hiſce rebus aliquam habere curam quod earum ea ſit conditio, ut apertæ veritatis claro lumine nulla ex parte potirentur. Miſeret me ſane horum tam nobiliſſimæ ſcientiæ contemptorum, certè hoc illorum audax effatum, vel rudis (ut ita dicã) hominis non ferendam potius arguit inſcitiam, quã ſapientiſſimi cujuſpiam in judicando prudentiam. Admirentur illi, qui neque ſcienti prosunt neq; ignoranti nocent; nobis ſatis perſuaſum, toti generi humano hanc ſapientiæ partem utiliſsimã pariter ac jucundiſſimam. Nam cum apertè pateat, nihil totam naturam fruſtra moliri, ſed omnia Dei ſummâ providentiâ ſummo-

An Aſtronomia ob inſignem ſtellarum diſtantiam à terra ſit incerta.

ſummoque ſtudio ad finem aliquem referri, à recto animi ſenſu deflexiſſe, ipſique Deo injuriam feciſſe illi potius habendi ſunt, qui hæc contemnunt, & humi ſemper repentes, nihilo ultra ſe ipſos quæſito, altiſſimarum rerum contemplationem prorſus aſpernuntur. Abutantur iſti ingenito humano generi omnium ſcientiarum appetitu, deprimant ita divinam animi partem ipſis contemplationibus alioquin accommodam, ac ad rerum omnium maximè idoneam vilioribus actionibus impendentes, ut in propoſitum ſibi finem poſtea attollantur nunquam. Prætendant, aut ignaviæ aut inſcitiæ funiculis ducti harum rerum incertam cognitionem, lubricum accuſent fundamentum, nos è contra eam contemplationis partem quæ cœleſtium corporum diſpoſitionem motumque inquirit, non modo humanum non fugere captum contendimus, ſed certam & infallibilem harum rerum ſcrutatoribus afferre ſcientiam affirmamus. Res contemplamur perpetuas, & nunquam ſibi non conſtantes, ad quarum cognitionem manu quaſi nos ducunt Arithmeticorum ingenioſorum, Geometrarumq; acutisſimorum evidentisſimæ demonſtrationes, quæ omnium certisſimæ videri omnibus conſveverunt. Hiſce adjuti homines ſapientisſimi, qui â conditi orbis primordiis hiſce contemplationibus delectati, multis variisque motuum obſervationibus in abſoluta horum ſcientia acquirenda deſudarunt, eo unicè exoptato, ut cœlorum penetralibus detectis, certisſimis rationibus ſeriem illorum intricatam aperirent. Nolint autem harum rerum contemptores (qui potius ſibi contemptui aliisq; ſapientioribus ludibrio) arbitrari, incertitudinis argumenta haud levia præbuiſſe, varias variorum Hypotheſes, quibus motus cœleſtes demonſtraſſe conati fuere Uraniæ cultores, cum tamen

Antiquiſimorum Aſtronomorũ indefeſſum ſtudium.

An Hypotheſiũ varietas obſtet certitudini Aſtronomiæ.

tamen iste (ex mente contemptorum) humano potius arbitrio sint confictæ, quam ita verè natura ordinatæ. Si fortasse certam ac immutabilem attulisse scientiam non videntur, quod motuum istorum rationes aliter atq; aliter diversorum discrepantibus sententiis explicarint, non tamen hæc impediunt veritatem & certitudinem hujus doctrinæ, nec inanem ob id quispiam suscipit laborem. Ut ut Artifices excellentiores, in conversionum seu motuum cælestium causis demonstrationibusque producendis inter se non conveniant, hac tamen diversitate, ad unam eandemque scientiæ præfixam metam properare possunt, unumq; assequuntur omnes, dum inventis hypothesibus variis subtilissimorum ingeniorum testibus, variorum horum motuum eam inveniunt certitudinem & constantiam, qua venturos, præteritosq; erronum & fixarum aspectus infallibili certitudinis lege quocunque tempore prævidere & respicere liceat; Quacunq; autem via ad hanc exoptatsisimam deducantur metam nihil refert. Magna igitur habenda est gratia (spreto contemptu) iis qui diligentibus multorum annorum observationibus totam motuum cælestium historiam collegerunt, & adhuc pertinaci ac pervigili labore maximo totius Astronomiæ emolumento, affabrè & accuratè confectis machinis horum motuum ambages venari conantur. Nam sine istis Uranicis laboribus omnium speculationes essent vanissimæ, cum sint fundamenta, quibus splendissima Astronomiæ totius innititur structura; optandum sane accuratiorē machinarum structuram, qualem hodierni egregii invenerunt artifices, antiquiores Astronomos Hipparchum, Ptolemæum aliosq; priora docuisse secula; multum id præstantes Astronomorum labores juvaret. Verum cum, de iis ut dubitemus,

Merentur suam laudem.

1. Observatores.

mus, multæ suadeant rationes, hinc factum, ut, licet præstantissima ingenia motuum istorum observatorum causas, si non omnino veras verisimiles tamen confinxerint, quibus suppositis motuum rationes quovis tempore possint haberi, quæ calculum ipsis observationibus respondentem exhiberent, illum tamen finem nulli (quamvis quidem Vir gloriosus toti Astronomorum orbi fucum nugasque venditans suas tabulas prædicet perpetuas) adhuc perfectum sint assecuti. Testantur hoc ex Artificum horum tabulis deducti calculi, quos si cum Cœlo conferas, immanè exorbitant. Nisi enim ejusmodi calculos exhiberent, tabulasque conderent sedulorum Astronomorum indefessi labores, quî sciri posset, quantum à cœlo abessent multorum antiquorum hodiernorumq; speculationes. Sint, necesse est, qui sub cœlo pernoctantes accuratissimis instrumentis siderum insequantur motus, eorumque motuum condant historiam; sint, qui hasce motuum varietates certis circumscribant legibus geometricis, quid enim nudæ observationes, nisi certis præceptis geometricis alligarentur oculisque omnium quasi exponerentur. Sed nec ista juvarent, nec ex hisce nostrorum inventorum cum cœlo harmonia constaret, nisi & adessent, qui in eo desudarent, ut cælestes isti motus, & affectiones, assumtis Astronomorum Hypothesibus ex supputationibus, quæ ad singulos dies per annorum seriem continuatæ numerisque expositæ Ephemeridum nomen vulgo sibi vendicant, intelligantur & cognoscantur. Ephemerides sane instar metæ ad quã diriguntur omnes nostri in Astronomia labores. Cur tot sustinuisse pervigiles noctes pro observandis stellarum circumvolutionibus non molestum tot selectissimis ingeniis? cur mentis acumen tentarunt in scrutandis verioribus naturæ-

2. Hypothesium inventores.

3. Ephemeridum conditores.

Ephemerides correcta finis totius astronomiæ.

turæque convenientioribus causis per hypotheses expliccandis & ostendendis Viri doctissimi? omnia sanè (nisi me animus fallat) hunc in finem suscipiuntur, eoque tendunt, ut perfectæ & cum cælo ipso convenientes in manibus nostris haberi possint Ephemerides. Hoc votum omnium Astronomorum, hoc summum animi causarum cupidi oblectamentum. Nisi autem adessent qui hunc subterfugere calculi laborem, qua non minima incommoda ac tædia liberalioribus ingeniis accedunt, noxium toti Astronomiæ putarent, suo utique voto frustra delectarentur, quam plurimi, quorum animus â tot mille tædiosissimis calculis, tot examinum tricis quasi fermentatis abhorret penitus. Miror igitur nonnullorum virorum doctorum quorum eruditionis fama orbi notissima, effatum de Ephemeridum cõditoribus quos contemnere non erubescunt, & nullius usus ejusmodi cœlestium motuum compilationes esse asserunt. Dubito inscitiamne horum (quod nefas esset) an invidiam potius accusem. Novi enim hanc pessimi hujus nostri seculi esse indolem, ut sua admiretur atque in deliciis habeat, posthabitis contemtisque aliorum indefessis laboribus. Sed per ingenuam mentem ejusmodi homines, quos livor & odiosa invidia in alios vexat, rogo, dicere velint, quid aliorum conatus explodere causæ habeant. Certæ nisi Ephemeridibus instructi essent seduli astrorum Observatores, qui optimi utilissimorum horum condendi Ephemerides laborum testes esse possunt, quî scire possent quo tempore hi vel illi congressus exspectandi, obscurationesque aut occultationes observandæ? monent utique Ephemerides tales Uraniæ cultores de futuris observandis, & illos in observatoria convocant debito tempore, ne opus habeant, per aliquot

Ephemerides condere non exigni laboris rei.

Redarguntur Ephemeriõũ contemptores.

Ephemeridum utilitas.

 dies,

dies, vanō & frustraneo conamine non sine insigni temporis jactura ea quæ eventura sunt præstolari. Nec tantum id genus hominum habet unde sibi de Ephemeridum structura possit gratulari, sed earum utilitas ad omnes ferè redundat, cum non solum motus & aspectus, sed & festa mobilia & immobilia aliaque quibus haud facile vita politica carere potest, cognoscenda exhibeant. Nihil enim aliud sunt quam tabulæ, quæ nobis non tantum motum septem Planetarum secundū longitudinem & latitudinem ad certa & definita tempora, sed etiam usitatos aspectus, dies festos Eclipses Solares & Lunares ostendunt. Ex hisce Calendariographi sua transcribunt Calendaria, quæ in omnium manibus; hisce si destituerentur nec miras, miri isti homines tempestatum mutationes, multo minus fausta aut infelicia imperitis, serias Cœli speculationes in illudendarum nugarū deliramenta convertentes, prædicere possent. Harū ductu & indicio Colonus suos vertit agros, semina committit sulcis, metit, arboresque scindit. Quam utilitatē Ephemerides adferant Medicis qui suos observant dies Criticos, quid prosint Ecclesiis festorum seriem ex hisce animadvertentibus. Quid nautis qui Lunæ cum fixis & cæteris planetis congressus observantes longitudinem locorum invenire possent si exactè parallaxium Lunarium & motuum Planetarum supputatas Tabulas h. e. Ephemerides in promptu haberent, de iis jam taceo. Imo nisi conderentur Ephemerides, quid tota prodesset Astronomia, tam utili ac jucundo fine privata, meris omnia absolverentur speculationibus quibus parum Reipublicæ promoveri possent commoda, cum paucissimi in hæc speculationum subtilissimarum adita penetrent, quibus, per horum motuum Ephemeri

Ephemeridū definitio

Vanitas quorundā Astrologorum.

meridum pagellis inſcriptorum cognitionem aliqualiter Cœli deteguntur jucundiſſima eventura ſpectacula, cum ſint inſtar ſpeculi in quo omnium erronum circuitus, congreſſus, occultationesque compendiosè cernuntur. Ob id cum primus in Germania Ephemerides ſupputatas publicaret Inſignis ille Mathematicus Johannes Regiomontanus Peurbachii diſcipulus, novus hic & ignotus antea Matheſeos fœtus ita gratus fuit Europæis, ut Exempla ſingula (ſeu meminit Petrus Ramus lib. 2. Proem. Math.) duodecim Ungaricis venderentur, Germanis, Italis, Gallis, certatim coementibus. Sed quam gratiam hoc ſeculum Ephemeridum conditoribus habet? certè nullam aut exiguam, omnia eſſe facillima exiſtimans, quæ non niſi aſſiduis laboribus multiſque vigiliis ſunt perficienda. Hoc animadverterunt ingratitudinis vitium viri eruditi quam plurimi, ideo hunc laborem ſubterfugerunt non inertiâ ſed judicio. Quod & nos facere potuiſſemus, niſi nobis, ſcientiam hanc aſtronomicam promovendi ſtudium, negotium hoc demandaſſet; non enim hominum perverſas, ingratas & invidas mentes, ſed nobiliſſimæ hujus ſcientiæ commoda reſpeximus. Facile equidem nobis perſuadere poſſumus, fore, qui hoc calculi labore me ſuperſedere potuiſſe putent, cum jam pro hoc ſeculo Ephemerides publicaverit Illuſtris Andreas Argolus Patavini Lycæi Mathematices Profeſſor. Verum, quod pace tanti viri dixeri-mus, cujus autoritatem famamque nequaquam imminutum ibimus, dum virtute veritatis adducti, divortium ab eo modeſtè facimus; Tabulæ illæ Argolianæ ex quibus ſuas Ephemerides deduxit autor, cum ſæpius Clariſſimorum Aſtronomorum accuratis Cœlo deductis obſervationibus

Ephemerides olim in majori pretio.

Cur Autor Ephemerides condiderit cum jam aliæ ſint evulgatæ.

Quid de Ephemeridibus Illuſtr: Ar-

goli judicet Autor.

evidenter redarguantur, Rudolphinarum vero computus propinquius ſemper aſſequatur cœlum; illius & aliorum Tabulis uti Alphonſinis, Prutenicis, Danicis, Philolaicis,& ſi quas alias habet orbis, valere juſſis, magni illius Kepleri veſtigiis inſiſtere placuit. Non interim culpabimus eorum conatus,queis ex aliis etiam Tabulis ſupputandi Planetarum motus probabitur labor; redundabit etiam ex iſtis diligentiæ indiciis tanta in Aſtronomiam utilitas, quanto vitio laborant antiquorum calculi. Videbunt enim ex iſtis Aſtronomi quantum à cœlo aberraverint primorum Aſtronomorum ſpeculationes etiam illorum quos præſens ſeculum protulit. Quis enim neſcit ne de Prutenicarum aut Alphonſinarum Tabularum cum cœlo diſſonantia dicam, quantum ab obſervationibus accuratis hodiernorum Aſtronomorum exorbitent Tabulæ Danicæ, quas pro accuratiſſimis venditant multi Academiarum Profeſſores, ſuam prodentes eo ipſo in obſervandis ſiderum motibus negligentiam. Nam ſive cum obſervatis Eclipſibus ſive Planetarum aliorum in cœlo ipſo animadverſis veris locis Danicum conferas calculum, ubique fateberis defectum. Loco omnium ſint obſervationesMercurii ſubSole viſi quarum prior Anno 1631 ab Excellentiſs. P. Caſſendo Pariſiis; poſterior â Nobiliſs. D. Joh. Hevelio conſobrino meo chariſſimo Gedani Anno 1661. cum Clariſſimo ac Doctiſſimo M. Andrea Marquardo, qui ipſi per biennium ab obſervationibus fuit, inſtituta, à quibus obſervationibus calculus Danicus enormiter ſanè diſcrepat, & quidem â priori obſervatione ultra cujuſpiam ſuſpicionem, plus quàm Ptolemaicus calculus. Nec hoc admirari fas erit cum miros adeo gyros circulorum hæc doceat hypotheſis, quæ triplicat anomaliam, qua tres in Epicyclo auges efficiuntur inaudito

Danici calculi cum cœlo diſſonantia.

audito exemplo, possunt Mercuriales digressiones rationabilius excusari. Nec tantum in Mercurio, sed & aliis Planetarum motibus præter necessitatem circulorum involucra turbant ingenium & veriori convenientiæ nocent, cum omnia simplicioribus & naturæ magis accommodis viis possint explicari, assumto motu Elliptico, qualem detexit ingeniosus Keplerus cujus ingeniosa inventa assumsit demonstravitque Doctissimus Bullialdus in sua Astronomia Philolaica. Ex cujus tabulis si hasce nostras præsentes deduxissemus Ephemerides, dubio procul rem non ingratam fecissemus Astronomis, cum & hæ cum cœlo amicè conspirent; ut ut suos etiam patiantur defectus. Verum cum & illis palmam si ad omnium in universum Planetarum motus respiciamus præripiant Rudolphinæ, hisce succurrendum, quo tandem jure sibi vendicare possent à multis Astronomis concessam illam laudem, **Præstantiores hisce â mundi primordiis Solem nullas vidisse.** Succurrere nos istis voluimus, supputando ex iis motus ut alii istos cum observatis locis conferendo si quid vitii habeant, corrigire id ipsum possint, Alii ex aliis calculum instituant, quæ accuratiores hisce videntur, grato animo id cum aliis agnoscemus, cum ex istis variis calculis videri tandem poterit, quænam tabulæ propinquius ad Cœlum (quod hactenus de nostris Rudolphinis promisimus) accedant, quod & ex Epilogismis conjunctionis Solis & Mercurii ipsum Mercurii corpusculum Anno 1674. in Sole conspiciendum exhibentis patebit, quos ex variis Tabulis inventos exhibemus in nostra admonitiuncula ad Astronomos. Policetur equidem non nemo Ephemeridum Eichstadianarum continuationem ex Tabulis Lansbergia-

Cur Autor in condendis Ephemeridibus non usus fuerit P Philolaicis.

De Lansbergianis Tabulis Autoris judicium.

bergianis, aſt profecto nimis ſero hic advertet quantum ille Batavus à ſcopo aberraverit id quod jam dudum Clariſſimi Viri, VVendelinus, Phocylides, Bullialdus & Petrus Crügerus animadverterunt, oſtenderuntque virum iſtum tabulas ſuas nusquam & nunquam (quod nimis certè voluit) à Cœli Phænomenis diffidere, oſtentaſſe potius quam oſtendiſſe. Melius conſuleret commodis Aſtronomiæ qui illarum Ephemeridum continuationem quam nos ex Rudolphinis inſtituimus, ex Danicis etiam & Philolaicis ſuſciperet. Cæterum cum hæ noſtræ Ephemerides uti jam antea ſuſcepti hujus laboris cauſam adduximus ſupputatæ ſint ex obſervationibus magni illius Atlantis Danici Tychonis Brahei (quibus hæc ætate nullæ adhuc exquiſitiores in lucem prodiere) & Fundamentis tabularum Rudolphinarum Johannis Kepleri ad meridianum Uraniburgicum in freto Cimbrico quem proximè circumſtant Pragenſis Venetus & Romanus, Operæ prætium erit monſtraſſe modum quo & aliis Meridianis ab Uraniburgico hinc inde diſtantibus hi à nobis Planetarum motus & aſpectus ſupputati accommodari, & ad tempus non ſolum æquale ſed & apparens politicum revocari poſſint. Antequam vero id præſtemus, lubet aliquid de ordine præmonuiſſe, quem hunc obſervavimus.

Ad quem Meridianũ autor Ephemerides accommodaverit.

Titulus cujuslibet Ephemeridis exhibet annum Domini currentem ad quem ipſa refertur, ſive is ſit Biſſextilis, ſive communis, & quotus à Biſſextili numeretur: deinde ſequuntur Epochæ uſitatiores, quæ cum anno incipiunt, Aureus numerus ſeu cyclus Lunæ, Indictio Rom: Epactæ, cyclus Solis, Litera Dominicalis, Intervallum minus, ut & ingreſſus Solis in quatuor puncta, ſignorum cardinalium ad Merid: Uranib: s. v.

Poſt

Post hæc describuntur Eclipses, tam Solares quam Lunares, notando in Eclipsibus Solaribus non tantum Nonagesimum & latitudinem loci, sed etiam accuratè determinando Phases Eclipseos præcipuas, monstrandoque qua serie umbra corporis Lunaris obumbret globi terreni tractum Soli oppositum: ubi Sol in ortu incipiat deficere, ubi deficiat totaliter, ubi desinat deficere: ubi in Nonagesimo stringatur vel ad Boream vel ad Austrum, & ubi deficiat totaliter: ubi in occasu Sol deficere incipiat, deficiat totaliter, & ubi deficere desinat. In Eclipsibus Lunaribus non Solum attendendo Meridianum maximæ obscurationis, sed etiam designando, quinam populi eam in ortu & quinam in occasu spectaturi sint.

Sequentes paginæ distinctæ sunt in suas columellas sive cellas: Sinistræ paginæ prima cella indicat diem mensis supra scripti, numerus prior juxta Iulianum seu vetus Calendarium, posterior juxta Gregorianum seu novum. Septem majusculis columellis exhibetur locus septem Planetarum ad singulos mensis dies in latere positos, signum extat supra: Litera G notat gradus, M minuta S secunda. In adjunctis autem angustioribus planetæ cellulis, inserta est Planetæ latitudo, gradus vel sunt superpositi vel interpositi: Litera S. M indicant cujus plagæ sit quælibet Latitudo, quarum illa septentrionalem, hæc meridionalem monstrat. Litera A notat ascensum Planetæ à meridie in Septentrionem, D descensum à Septentrione in Meridiem. In ultima sinistræ paginæ cella reperitur æquabilis retrocessus Nodi id est capitis Draconis in gradibus & minutis.

Dextra facies habet Aspectus & configurationes Planetarum inter se, & cum Sole, & quædam alia Planetarum accidentia. In prima & ultima ejus columella, habentur

dies & menſes tam in anno Juliano, quam Gregoriano, & præcipui dies feſti, atque literæ Dominicales. Spatium intermedium dividitur in duas tabellas per columellam ſeparatam, quæ Phaſes Lunæ exhibet, & quoties illa in Nodos aut Apſides Eccentrici ſoluti incidat; prima oſtendit Aſpectus Lunæ cum Planetis antiquitus notos, ut ſunt Conjunctio, quæ eſt Planetarum in uno Zodiaci loco ſecundum longitudinem numerato convenientia: Character ejus talis ☌.

Secundum longitudinem dico, non ſemper ſecundum latitudinem, qua ſæpe multis gradibus diſtare poſſunt. Sin conveniant latitudine fieri id nequid niſi in nodis. Oppoſitio eſt Planetarum diſtantia intervallo ſex ſignorum ſive ſemicirculi: Character ejus eſt ☍ Sextilis eſt diſtantia intervallo duorum ſignorum ſive ſexta Zodiaci parte i. e. 60. grad: Character ejus eſt ⚹. Quadratus vel Tetragonus, eſt diſtantia intervallo trium ſignorum ſive quarta parte Zodiaci: character ejus eſt □. Trigonus vel Triangularis, eſt diſtantia intervallo quatuor ſignorum ſive tertia parte Zodiaci: ejus Character eſt △. Nudos vero aſpectus poſui ſine numeris, horarum & minutorum indicibus, excepta columella phaſium Lunæ, non tamen in ſolidum omiſi temporis præciſionem: Quando enim character aſpectus caret puncto tunc ſignificatur aſpectus incidens ante mediam noctem, ſin fuerit ornatus puncto ad dextram, notatur aſpectus poſt mediam noctem, ad ſiniſtram indigitatur aſpectus circa meridiem vel paulo ante incidens. Poſterior autem tabella exhibet aſpectus planetarum inter ſe, inferiorum columellis ſingulis, ſuperiorum

rum una communi columna. Hic notandum eſt quod quatuor novos aſpectus addiderim: Semiſextum, Quintilem, Biquintilem, & Quincuncem. Semiſextus eſt diſtantia Planetarum intervallo unius ſigni ſ. 30. grad. ejus character eſt 1. Quintilis eſt diſtantia intervallo 2 ſignorum 12. grad: ſeu quinta Zodiaci parte ejus character eſt ⬡. Biquintilis eſt diſtantia intervallo quatuor ſignorum & 24. grad: ſeu dupla quam in Quintili ejus chatacter eſt ⬢. Quincunx eſt diſtantia intervallo quinque ſignorum & æquat quinque ſemiſextos, ejus character eſt ⬢. Interdum etiam uſu veniet ut in concurſu multorum aſpectum, aſpectus ſua cella competenti ſit excluſus, quod cum fit, attendendum eſt punctum quod inter aſpectum & Planetam verſus frontem vel calcem poſitum; punctum verſus frontem indicat aſpectum ad diem præcedentem pertinere, verſus calcem notat ad ſequentem. Hæ duæ tabellæ oſtendunt etiam, quando Planetæ reſpectu Solis ſint orientales, vel occidentales quando incipiant, quando deſinant, & quando ſtationarii.

Hoc jam ordine noſtrarum Ephemeridum explicato & oſtenſo, reliquum erit ut quæ promiſimus explicemus & in gratiam Tironum monſtremus, qua ratione hi Planetarum motus qui ad duodecimam horam meridiei tempore æquali ſupputati calculo ad Meridianum Uraniburgicum accommodato, aliis Meridianis aptari & ad alia horarum momenta inveniri poſſint, tempore ſive æquali ſive inæquali dato. Huic negotio tres inſervire poſſunt Tabulæ, tabula nempe longitudinum & latitudinum locorum, Tabula æquationis temporis & Tabula ſexagenaria; primam & ſecundam hîc exhibemus ultimam edidit correctiſſimam

Dom: Petrus Crügerus. Hiſce inſtructus Tiro ſequenti modo ſeſe exercere poteſt in ſubſequentibus Exemplis.

I. EXEMPLUM.

Cupio ſcire quo in Cœli loco verſetur Mars quoad longitudinem Anno 1666. d. 12 Sept. H. 9. 15 min. mane Dantiſci. Quia tempus eſt antemeridianum, adde ad horas datas 12 demta dierum numero unitate (ſi tempus pomeridianum fuiſſet tali converſione opus haud fuiſſet) & erit tempus aſtronomicum 11. Sept. Hor. 21. min. 15. quod cum ſit inæquale, in æquale commutabis ingrediendo cum loco ☉ 29. gr. ♍ fere in Tabulam æquationum, excerpta particula æquationis 29. gr. ♍ reſpondente ſec. 20. quæ juxta Tituli monitum addenda, quia tempus apparens convertitur in æquale, contra monitum Tituli agendum ſi æquale in inæquale fuerit vertendum. Addita igitur hac particula æquationis, tempus converſum & æquatum ſub Meridiano Dantiſcano eſſet 11. Sept. 21. H. 15. min. 20. ſ. Verum cum reducendum ſit iſtud tempus ad meridianum Uraniburgicum ad quem (uti jam ſæpius mo-

TABVLA ÆQVATIONIS Diei.

	♈ ♎	♉ ♏	♊ ♐	
	Subt.	Subt.	Subt.	
	′ ″	′ ″	′ ″	
0	0. 0	8.25	8.47	30
1	0.20	8.36	8.37	29
2	0.40	8.45	8.26	28
3	0.59	8.55	8.15	27
4	1.19	9. 4	8. 3	26
5	1.39	9.12	7.50	25
6	1.59	9.19	7.36	24
7	2.18	9.26	7.22	23
8	2.38	9.32	7. 7	22
9	2.57	9.37	6.52	21
10	3.16	9.42	6.36	20
11	3.35	9.46	6.20	19
12	3.51	9.50	6. 3	18
13	4.12	9.52	5.46	17
14	4.30	9.54	5.28	16
15	4.47	9.56	5.10	15
16	5. 5	9.56	4.51	14
17	5.22	9.56	4.32	13
18	5.38	9.55	4.12	12
19	5.55	9.53	3.53	11
20	6.11	9.51	3.33	10
21	6.26	9.48	3.12	9
22	6.41	9.44	2.51	8
23	6.56	9.40	2.31	7
24	7.10	9.34	2. 9	6
25	7.24	9.28	1.48	5
26	7.37	9.21	1.27	4
27	7.50	9.14	1. 5	3
28	8. 2	9. 6	0.43	2
29	8.14	8.57	0.22	1
30	8.25	8.47	0. 0	0
	Add.	Add.	Add.	
	♓ ♍	♒ ♎	♑ ♏	

nuimus

nuimus) nostras construximus Ephemerides, quære locum tuum nempe Urbis Dantiscanæ nomen in Tabula Longitudinum locorum, excerptamque temporis differentiam 28. min. contra Tituli monitum subtrahe ex tempore dato, quia illud à Dantiscano ad Uraniburgicum reducendum Meridianum, index Tituli observandus esset si ab Uraniburgico ad Dantiscanum istud sit referendum. Subtractis igitur min. 28. tempus limitatissimum cum quo verus locus ♂ ex Ephemeridibus excerpendus, erit 11. Sept. H. 20. min. 47. sec. 20. Hoc tempore ita correcto cum die dato & proximè sequenti excerptum locum Martis unũ ex altero subtrahe & differentia hæc erit motus diurnus Planetæ directi si sequentis diei locus major, alias retrogradi si minor, quod si motus diurnus sit nullus, memento Planetam esse stationarium statione prima si post stationem fiat retrogradus, statione secundâ si directus. Cum motu diurno multiplica horas & scrupula quæ adhærent diei dato, productum per 24. horas divisum ostendit partem proport: loco dati diei addendam si Planeta directus subtrahendam si retrogradus sic invenietur locus verus desideratus, omnem operationem præcepto hoc explicatam clariorem reddet sequens calculus.

					′	″	
Tempus datum Anno 1666.	*Di.*	12	*Sept. hor.*	9	15	0	*Mane*
		1		12			
Tempus conversum		11	*Sept.*	21	15	0	
Æquat. add.						20	
Tempus conv. & æquat.		11	*Sept.*	21	15	20	
Reductio ad Merid. Dantisc.					28	0	
Tempus ultimo limitatum		11	*Sept.*	20	47	20	

D. 12.

♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	G	M	S
		⊕										1	38	0
✱	□	△		☍		△	□	✱		☽		3	12	4
	△	□	✱		☿		✱	□	△		☍	6	30	0
✱	□	△		☍		△	□	✱		♄		7	39	0
✱		☌		✱	□	△		☍		△	□	11	11	0
△		☍		△	□	✱		☌		✱	□	12	21	0
	△	□	✱		♀		✱	□	△		☍	15	0	0
	△	□	✱		☉		✱	□	△		☍	24	16	0
	☊						☋					22	47	0
			VII						I			22	42	0
	IV						☋					27	32	0

D. 12 Sept.	♂ 27	31	♏	
D. 11 Sept.	26	49	♏	
1 d. seu moto diurno	42			
24 Hor.			II	
	36	23		
Verus locus ♂tis.	27	25	23	♏

		I	II	
Hor. in tempus limit:	20	47	20	
			42	
	14	32	14	0
		54		
	14	33	8	0

	9				
	11	II	III	I	II
14	33	8	0	36	23
	24	24	24	pars proport.	

II. EXEMPLUM.

Ad idem tempus si desiderarem latitudinem Lunæ: ex scriptas latitudines dati & proximè sequentis diei debitas invicem subtraho, residuumq; motum diurnum latitudinis voco quem cum horis & scrupulis dati diei adhærentibus multiplicatum divido per 24. hor. sic invenio partem proport: Latitudini dati diei addendam si sequentis diei Latitudo crescat, alias subtrahendam, ut quæsita prodeat Latitudo: uti ex sequenti patet exemplo.

		I		
D. Sept.	12	1	53	
	12	0	47—	
Hor. 24	—	1	6	II
			57—	10
Latit. ☽ quæsita		1	44	10

H.	I	II	
20	47	20	
	1	6	
2	4	2	0
20	47	42	
		20	
22	52	4	0

		4	II	III	I	II
22	52	4	0	57	10
		24	24	24	pars proport.

III. EXEM-

III. EXEMPLUM.

Si tempus aſpectus alicujus exactè & ſcrupulosè ſcrutari eſſet animus, motum diurnum illorum duorum Planetarum ſubtraho invicem ſi ambo directi aut retrogradi, addo ſi unus retrogradus alter directus, ſumma vel reſiduum primo loco in regula proportionum colloco, medio 24 hor. ultimo differentiam motuum illorum duorum Planetarũ. Exempl, gratia die 3 Sept. An. 1666. video exſpectandam ♂ ☽ & ♃ incertus de certo temporis momento igitur ſic ago. ſubtraho invicem locum ♃ & ☽ reſiduum gr. 2. m.18. ſ.7 tertio loco in regulam Detri pono. Deinde motum diurnũ ♃ retrogradi m. 8. addo ad motum diurnum ☽ gr.12. m.4. ſec. 58. quia retrogradus ☽ directa, ſumma gr.12.m.12. ſec.58. primo & 24 horis ſecundo loco poſitis, operatione inſtituta invenio

Gr.	*Min.*	*Sec.*	*Hor.*	*Gr.*	*Min.*	*Sec.*
12	12	58	24	2	18	7

Sic & ingreſſus alicujus Planetæ in hoc vel illud ſigni punctum ſupputandum, aſſumendo locum ſeu punctum ſigni pro loco alterius planetæ directi.

Hæc ſufficiant monuiſſe de uſu noſtrarum Ephemeridũ quem communem habent cum aliis, quare ſi forſitan hæc cuipiam nimis ſtrictè dicta fuiſſe videntur, meminerit ille plura juſto fuiſſe expoſita, niſi acta agenda; uti id evidentes teſtes tot clariſſimorum Aſtronomorum conſcriptæ de uſu Ephemeridum introductiones, ad quos Tironem ſi aliquam hinc timeat brevem difficultatem remittimus, noſtri enim conſilii inſtitutique haud eſt plures hic cumulare regulas aut præcepta de utendis hiſce, cum de iis ſatis fusè ab aliis ſit actum.

§ * §

CATA-

CATALOGUS CIVITATUM,

Europæ præsertim, ut & Asiæ Africæq;,

cum Differentia Meridianorum temporaria ab Uraniburgico; & Poli Borei altitudinibus:

Ex Cl. J. Kepleri, P. Crügeri Tabulis, ut & aliorum, Chorographicis emendatis.

	Diff. Merid. Hor. Min.		A Poli. Gr. Mi.
Alba Iulia, Transf.	0.42	a	46.49
Alcmaria Holland.	0.51	ſ	52.41
Adrianopolis Thrac.	1.14	a	43.20
Algier Africa	0.27	ſ	35.36
Alexandria Ægypti.	1.48	a	30.58
Altdorffium	0. 3	ſ	49.24
Amberga	0. 0		49.26
Ammianum	0.39	ſ	49.50
Amstelodamum	0.29	ſ	52.26
Andegavi Gall.	0.54	ſ	47.14
Antverpia	0.32	ſ	51.16
Aquügranum	0.24	ſ	50.48
Argentoratum	0.17	ſ	48.27
Astracan	3. 8	a	50. 0
Augusta vindelic.	0. 4	ſ	48.21
Aurelianum Orlient	0.41	ſ	47.40
Babylon Baldach	2.51	a	35. 0
Bamberga	0. 5	ſ	49.57
Basilea	0.18	ſ	47.54
Berga Nordvvegia	0.32	ſ	60.30
Berlinum	0. 6	a	52.34
Berna Helvetia	0.19	ſ	46.50
Brandeburgum	0. 2	a	52.30
Briga Silesia	0.19	a	50.53
Brema	0.14	ſ	53. 8
Bruga Flandria	0.35	ſ	51.19
Brunsvviga	0. 8	ſ	52.16
Bruxella Brab.	0.32	ſ	50.48
Buda Hung.	0.28	a	47. 8

	Diff. Merid. Hor. Min		A Poli. Gr. Mi.
Budissina Lusat.	0. 7	a	51.10
Burdegala Gall.	0.54	ſ	44.50
Calecut India	5. 0	a	11.30
Caletum, Calais	0.40	ſ	50.50
Calmaria Suecia	0.11	a	56.46
Cameniez Podolia	0.52	a	48.49
Cameracum	0.35	ſ	50. 8
Cantabrigia Angl.	0.42	ſ	51.20
Cassella Hassia	0.13	ſ	51.19
Cayrum Memphis.	1.56	a	29.24
Cassovia Hung.	0.33	a	48 30
Clausenburg	0.42	a	48.24
Clivia	0.24	ſ	51.49
Coburgum	0. 5	ſ	50.20
Colberga Pomer.	0.12	a	54.28
Colonia ad Rhenum	0.22	ſ	50.56
Colonia ad Spream	0. 6	a	52.30
Constantinopolis	1.28	a	43. 0
Corinthus	0.57	a	37.30
Conymbria Lusit	1.25	ſ	40.15
Copenhagen Hafnia			
Constantia Costentz	0.13	ſ	47.37
Corona Transilv.	0 49	a	47. 6
Cracovia	0.31	a	50.10
Crima Tartaria	1.52	a	47.50
Crosna	0.10	a	52. 2
Culma Prussia	0.27	a	53. 7
Curia Helvetiorum	0.11	ſ	46.20

11.3 | 30.56
12.2 | 46.4

Damascus

	Diff. Merid. Hor. Min.	A Poli Gr. Mi.
Damascus Syria	2.26 a	34. 0
Dantiscum	0.28 a	54.23
Dillinga Vindel.	0. 6 ſ	48.40
Dresda	0. 4 a	51. 6
Dunkerken	0.38 ſ	51. 0
Eboracum	0.52 ſ	54.40
Edimburgum	1. 2 ſ	57. 6
Elbinga	0.26 a	54.14
Embda	0.21 ſ	53.32
Erffordia	0. 7 ſ	51. 3
Ephesus Ionia	1.27 a	38.18
Famagusta Cypri	2. 7 a	35.30
Florentia	0. 7 ſ	43.10
Fruenburgum Pruſſ.	0.32 a	54.29
Francofurtum ad Moen:	0.17 ſ	50. 7
Francof. ad Oderam	0. 8 a	52.20
Franekera	0.27 ſ	53.12
Freiberga	0. 3 a	50.52
Freiburgum Brisg.	0.17 ſ	48 12
Gandavum	0.34 ſ	51. 8
Gedanum, vide Dantiscum		
Geldria	0.26 ſ	51.30
Geneva	0.24 ſ	45.54
Glogovia	0.14 a	51.40
Gœsa Seeland.	0.33 ſ	51.31
Görlicium	0.10 a	51.10
Goa India	4.58 a	16. 0
Grätium Styria	0.14 a	47. 2
Grima Miſn.	0. 0	51.20
Gröninga	0.24 ſ	53.12
Grypsvvaldia	0. 5 a	54.30
Hafnia Koppenhagen	0. 1 ſ	55.43
Haga Comitis	0.32 ſ	52. 0
Halberſtadium	0. 7 ſ	52. 8
Halla Saxonia	0. 3 ſ	51.38
Hamburgum	0.10 ſ	53.43
Heidelberga	0.14 ſ	49.22

	Diff. Merid. Hor. Min.	A Poli. Gr. Mi.
Helmſtadium	0. 6 ſ	52. 8
Herbipolis	0.10 ſ	49.44
Hildesheim Epiſc. Sax.	0. 9 ſ	52.10
Huenna vide Vraniburgum		
Iaroslavia Polon.	0.42 a	49.45
Iena Thuringia	0. 4 ſ	51. 0
Ieroſolyma	2.16 a	32.10
Ingolſtadium	0. 2 ſ	48.42
Iſenacum	0.10 ſ	51. 0
Iuliacum	0.24 ſ	50.56
Keſmarck Hungar.	0.32 a	49. 4
Leyda, vide Lugdunum		
Leodium Lüttich	0 26 ſ	50.36
Leopolis Ruſſia	0.47 a	49.15
Lignitium Sileſia	0.15 a	51. 8
Lincium Auſtria	0.10 a	48.16
Lipſia	0. 1 ſ	51.19
Londinum Anglia	0.48 ſ	51.32
Lovanium	0.30 ſ	50.50
Lubeca	0. 8 ſ	53.58
Lublinum Polon.	0.45 a	51.15
Lucerna Helvetia	0 16 ſ	46.54
Lugdunum Gallia	0.28 ſ	45. 0
Lugdunum Batav.	0.31 ſ	52.11
Luneburgum	0. 8 ſ	53.36
Lutetia, Pariſii	0.40 ſ	48.52
Machlinia	0.32 ſ	51. 0
Magdeburgum	0. 4 ſ	52.15
Malacca India	6.30 a	2.24
Madrid Caſtilia	1. 1 ſ	40.45
Marpurgum Haſſia	0.16 ſ	50.43
Mecha Arabia	2.33 a	23. 0
Maroco Mauritan.	1.20 ſ	31.15
Middelburgum	0.34 ſ	51.31
Memphis vid Cairum		
Miſena	0. 3 a	51.12
Moguntia	0.19 ſ	50.10

	Diff. Merid. Hor. Mi.		A poli. Gr. Mi.
Monachium	0. 1	ſ	48. 2
Monaſterium	0.20	ſ	52. 0
Mons Regius Pruſſ.	0.21	a	54.43
Mons Pelicardi	0.22	ſ	47.30
Mons Peſſulanus	0.34	ſ	43. 0
Moſcua	2.55	a	55.30
Narva Livon.	1. 4	a	59.30
Naumburgum	0. 4	ſ	51.13
Neapolis	0. 8	a	40.42
Ninive Aſſyr.	2.55	a	35.50
Noriberga	0. 4	ſ	49.24
Novigrad Hungar.	0.28	a	47.41
Oenipontum	0. 2	ſ	47. 5
Oldenburgum	0.17	ſ	53.45
Olomuncium	0.19	a	49.30
Orcades	1. 9	ſ	61. 0
Osnabrugga	0.18	ſ	52.27
Oſtenda	0.36	ſ	51.10
Oxonium Anglia	0.53	ſ	52. 4
Padelborna	0.15	ſ	51.49
Pariſii vid. Lutetia			
Patavium	0. 4	ſ	45.15
Paſſavium	0. 7	a	48.28
Petricovia Polon.	0.30	a	51.17
Piſa	0.10	ſ	42.52
Placentia	0.13	ſ	44.10
Poſonium Preſsburg	0.20	a	48.25
Praga	0 6	a	50. 6
Quinſai Sinarum Metropolis	7 40	a	40. 0
Ratisbona	0. 1	a	49. 9
Regius mons	0.21	a	54.43
Remi Gall.	0.33	ſ	49.13
Revalia Livon.	0.49	a	59. 0
Roſtochium	0. 0		54.10
Rotomagus	0.44	ſ	49.30
Rupella	0.54	ſ	45.49
Roma	0. 0		42. 2
Salueldia Thuring.	0. 6	ſ	50.46

	Diff. Merid. Hor. Mi.		A Poli. Gr. Mi.
Salisburgum	0. 5	a	47.42
Sedunum Gall.	0.32	ſ	48.40
Sendomiria Polon	0.40	a	50.20
Serveſta. Zerbſt	0. 2	ſ	52. 6
Sleſvviga	0.10	ſ	54.40
Smolensko Moſcov.	1.33	a	55.30
Spira	0.15	ſ	49.24
Stargardia Pom.	0.11	a	53.24
Stargardia Pruſſia	0.28	a	53.54
Stetinum	0. 8	a	53.36
Stockholmia	0.11	a	58.30
Stralſunda	0. 4	a	54.30
Stutgardia	0.12	ſ	48.49
Suſa Perſidis	3.11	a	34.15
Syracuſa Sicilia	0.15	a	36.50
Thorunium Boruſſ.	0.29	a	52.55
Tigurum Helvetia	0.14	ſ	47.22
Tirolis in Alp:	0. 5	ſ	46.13
Treveri	0.24	ſ	49.50
Tubinga	0.12	ſ	48.34
Turonum Gall. Tours	0.50	ſ	47.33
Tunetum Africa	0. 9	ſ	35.20
Venetia	0. 2	ſ	45.18
Vienna Auſtria	0.16	a	48.22
Vilna Litvania	1. 3	a	54.24
Vinaria VVeinmar	0. 6	ſ	51. 6
Vlma Svevia	0. 8	ſ	48.24
Vlyſippo Portugallia	1.26	ſ	38.45
Vltrajectum	0.28	ſ	52. 7
Vpſalia Suec.	0.11	a	9.24
Vraniburgum Dan.	0. 0		5.55
VVarſovia	0.38	a	52.20
VViteberga	0. 1	a	1.53
VVratislavia	0.21	a	1.10
Yorke vid. Eboracum			
Zigethum Hungar.	0.26		6.21
Zutphan	0.24	ſ	2.43

11.3|32.56
12.2|48.16

Tabula Conuersionis dierum in gradus signiferi ad directiones Reuolutionum inseruiens.

Dies	Grad.	I.	II.
1	0	59	8
2	1	58	17
3	2	57	25
4	3	56	33
5	4	55	42
6	5	54	50
7	6	53	58
8	7	53	7
9	8	52	15
10	9	51	23
11	10	50	32
12	11	49	40
13	12	48	48
14	13	47	57
15	14	47	5
16	15	46	13
17	16	45	22
18	17	44	30
19	18	43	38
20	19	42	47
21	20	41	55
22	21	41	9
23	22	40	12
24	23	39	20
25	24	38	28
26	25	37	37
27	26	36	45
28	27	35	53
29	28	35	2
30	29	34	10
31	30	33	18
32	31	32	27

Dies	Grad.	I.	II.
33	32	31	35
34	33	30	43
35	34	29	52
36	35	29	6
37	36	28	8
38	37	27	17
39	38	26	25
40	39	25	33
41	40	24	42
42	41	23	50
43	42	22	58
44	43	22	6
45	44	21	14
46	45	20	23
